

MCCLXXXVII.

Anno Domini MCCLXXXVII., indictione quartadecima X. novembris, die Dominica Aquis. In majori Aquis Ecclesia presentibus fratre Alberto Gelino, Ruffino Barete, & domino Oberto Marescalcho testibus rogatis. Cum D. Christoforus de Tholomeis Prior Ecclesie S. Mariæ de Salteano Senensis Diocesis Domini PP. Capellanus, & secutor, & generalis colector decimæ Domini PP. nuper suventioni regni Siciliae concessæ in Aquilegensi, & Gradeni patriarchatibus, ac Mediolanensi, & Januensi provinciis, nec non Cumanensi, Ferrariensi, Papiensi, Reginensi, & Mutinensi Civitate, & Diocesi per sedem Apostolicam deputatus tulisset sententiam excommunicationis in omnes illos, & singulos, qui non solverunt decimam per Romanam Curiam constitutam statutis terminis videlicet in festo Nativitatis Domini medietatem, & aliam medietatem in festo Beati Johannis Baptistæ, & Bonazivem, qui gerebat se pro Canonico Aquis non solvisset decimam prædictam per plures terminos presbiter Agnellus Capellanus Canonorum ex præcepto dominorum Ogerii electi Aquis, & Aranchi Aquis Canonici, & decimæ Domini PP. collectori in Civitate, & Diocesi Aquis denunciavit, & publicavit astante populo candelis accensis, & campanis pulsatis prædictum Bonazivem fore excommunicatum, & inde hanc cartam fieri præcepit.

Ego Guiscardus Notarius prædictorum decimariorum eorum præcepto hanc cartam scripsi etc.

MCCLXXII. col. 243. n. 234. Præsto fuit autographum Capituli ad nonnulla depravata hujus chartæ loca restituenda. In primis est notandum spectare illud ad ann. MCCLII., indict. X., die Sabbathi XVIII. octobris, quare evanescit difficultas in notis ad hoc documentum excitata; non uti ex errore positum est ad MCCLXXII. lin. 4. Ecclesia adde Aquis, & lege presentibus Oberto Rabia, Dinio Rame, & D. Morando lin. 48. filiorum Guidonis Sartoris l. filiarum quondam Guidonis Sartoris, quarum tutor est. Enricus de Porta Syndicus majoris Ecclesie Aquis contra Vilelmum Tabitam intendit &c. lin. 54. Ecclesie l. Ecclesie majoris. lin. 60. rem l. rem suam. col. 244. lin. 8. sui l. five. lin. 22. dandum quoddam l. dactam quandam. lin. 29. adde, & quod vidit dare sol. IX. pro fisco presbitero Guibaro &c., & dicit quod hoc fuit quando mezani refutabantur. Interrogatus quot anni sunt, Resp. de XVIII. de mense die. de jan. lin. 30. Præpositus adde Canonice Aquis. lin. 48. domnum l. domum. lin. 49. penitentiam l. penitencias. lin. 53. pro se ipsis adde sed pro se ipsis imponebant, & non pro Episcopo. lin. 54. & l. & mortuo dicto presbitero. lin. 56. non condicione l. sine contradictione. lin. 59. & adfuisse D. Morandum, & F. Guilfredum. lege sunt VII. anni, vel circa . . . presentibus fratribus suis D. Morando, D. fratre Guilfredo, & aliis fratribus minoribus, de quibus non recordatur.

Col. 245. lin. 8. dele & lin. 9. ubi puncta, sic ad-

de, cum esset presbiter. lin. 11. adde & nuncius communis Aquis &c.

MCCLXXVI. col. 245. n. 236. In hoc documento memoratur Clericatus S. Martini de Orsaria, cujus mentionem in altera Capituli membrana factam vidi. Referam præcipua ejus capita.

MCCCIII.

Anno Domini MCCCIII., indictione secunda, die mercurii XXVI. februarii in poderio Ursariae scilicet in Ecclesia S. Martini presbiteri Petro Fico, Alberto Sapa, Tebaldo, & Oglerio fratribus, & Petro filio quondam Domini Gulielmi de Murbello testibus vocatis, & rogatis D. Presbiter Ruffinus Minister Ecclesie S. Petri de Vidrxono ex licentia ei data a Capitulo Canonorum Aquis, ut dicit ipse D. presbiter Ruffinus, posuit in possessionem, & investivit tenendo in manu pannum altaris dictæ Ecclesie S. Martini D. presbiterum Jacobum de Rocha vallis Urbæ de omnibus terris, & possessionibus etc. Ecclesie S. Martini de Ursaria ubicumque loco fuerint etc. Ego Gulielmus Fichus Notarius etc.

MCCLXXVII. col. 246. n. 237. Contuli cum autographo Capituli. lin. 21. Othone legitur O. lin. 25. inscripti. Omnipotentis l. incipit O. lin. 28. post charitatem adde ex parte &c. lin. 33. per d. l. per dominos. lin. 35. delegatis l. delegatos lin. 36. quod l. occasione quod. lin. 39. absolvit adde restituendo eundem Ecclesie Sacramentis. Ego Oddonus Danellus &c.

MCCLXXII. col. 249. n. 240. De Blengino in hac charta presbitero nuncupato, puto agi in altera membrana, quam in Tabulario Capituli recens inveni, in qua non amplius Blenginus Presbiter, sed Presbiter Blengius vocatur, ut ejus officium sacerdotale, ad quod fuit postea ordinatus, indicetur. Neque cuiuspiam negotium facesset, quod hic Presbiter Clericatum in Ecclesia S. Mariæ consecutus fuerit: jam etenim in hoc sæculo officiorum Ecclesiasticorum confusio sensim inducebatur, ut clericalia beneficia, quæ amplius redditibus constabant, vel ab ipsis primariis Capitulorum dignitatibus ambirentur, uti videre est ex hac collectione doc. n. 260. col. 269 Sed hisce dimissis memoratam chartam producam, cui & alteram adjungam, quæ ad idem clericale beneficium spectat.

Necapoleo miseratione divina Diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus. Dilecto in Christo . . . Præposito Ecclesie S. Mariæ Magdalene Januensis salutem in Domino. Conquestus est nobis presbiter Belengius Clericus Ecclesie S. Mariæ de Uvada Aquis Diocesis, quod presbiter Leo rector ejusdem Ecclesie super præbenda sua prædictæ Ecclesie, ejusque fructibus, & redditibus, & rebus aliis injuriatur eidem. Cum autem dictus presbiter Belengius potentiam dicti injuriantis merito perorrescens ipsum infra Civitatem, & Diocesim Aquisensem nequeat convenire secure; discretionis tuæ, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, & debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel